Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Director Et Concilium, Academiae Buezoviensis, Civibus Suis, Studiosis, S. Tanta est nonnullorum ... : P.P. Sub Sigillo Academiæ Anno MDCCLXII. die VIII. Septembris

[S.l.], 1762

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79127358X

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Leges etc
Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn79127358X/phys_0001
DFG

~~Universitäts-Archiv~~
Rostock, Sign. RIA 4

RIA 4

K. l. — 47. 1-69.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79127358X/phys_0002
DFG

60

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

8 7br 1762.

DIRECTOR ET CONCILIUM,

ACADEMIÆ BUEZOVIENSIS,

CIVIBUS SUIS, STUDIOSIS, S.

Tanta eſt nonnullorum, (multos amamus, laudamus,) ex veſtro Ordine, ferocia, ut omnem juſtitiam, honeſtatem omneqve decorum contemnant. Regula: *Nox Studioſe! nocet, diſce manere domi!* plane, non ſolum ab illis negligitur, ſed neqvitiarum præſidium in tenebris qværitur. Vagantur tenebriones, per plateas, vociferantur, inſultant innocentibus, gloriam videntur ambire ex feneſtrarum excusſionibus aliisqve ineptiis: nihil, ante domos civium, pro cujusqvis opificio, vel œconomia, ſtansqve jacensqve, tutum eſt, contra, per dies dormientium lectionesqve negligentium, noctes autem in popinis conſumentium fœdas violentasqve manus. Delinqvitur etiam, contra ſapiens dicterium: *Turpe eſt, difficiles agitare nugas*: cujus maleficii exemplum præbuit nupera qvædam nox, in qva civis alicujus recula œconomica, gravioris ponderis, ex longe disſita platea, ruſticis humeris, per totam fere urbem, ad fuſtigandis decretum locum, fuit portata. Tribus: nulla fere nox tranſit, ex qva non, illucescente die, Magiſtratui nunciantur ſtultitiæ. Artificium in illo: *ſi feciſti nega!* qvia nomina texerunt umbræ, vel læſis incognita fuerunt, qværitur. Sciant igitur illi intolerabiles maleferiati, qvod, ex ſpecialisſimo juſſu, SERENISSIMI PATRIS PATRIÆ, *Domini noſtri longe clementisſimi*, qvi vult Buezovium eſſe ſeminarium bonorum Virorum, non autem latibulum hominum nauci, de die XXI. Menſis præteriti, indiſtincte, immineat, nocturnis graſſatoribus & pacis publicæ inimicis, *pœna relegationis publicæ*.

Capiant ſibi hoc, qvi non virtutis amore deteſtantur, ſed formidine pœnæ tantum omittunt delicta.

NOLUMUS HABERE ACADEMIAM DISSOLUTAM.

P. P. Sub Sigillo Academiæ Anno MDCCLXII. die VIII. Septembris.

(L. S.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79127358X/phys_0004
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79127358X/phys_0006
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn79127358X/phys_0007
DFG

IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diuerſoriis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dierum carcere, & commenſalis communis inſuper unius menſis carentia, luent. Quod ſi poſt hanc correctionem incorrigibiles ſe prodant, conſilio abeundi, [illegible]t, necesſitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obn[illegible] qui nouitios vel directo cogunt, vel per ambages a[illegible]elliciunt ad conuiuium veteranis parandum, quo adue[illegible]odo pecunia emunguntur, ſed prauis quoque ſodalitii[illegible]r. Reliqui vero hoſpites, qui ſumtu nouitii epulati ſ[illegible] dierum carcere coercebuntur, iis, qui menſa commu[illegible], per octo dies inſuper ab iſto beneficio excludendis, [illegible]enarum conuiuia, quo inebriationes & exinde oriund[illegible]ones & rixae tanto efficacius impediantur, abhinc pl[illegible]ta ſunto.

VI. Poenae legum tr[illegible]bus iudicialiter decretae a Rectore & Concilio nec mi[illegible]c mutandae, nec omnino remittendae, ſed ad tenor[illegible]ae, ſine vlla deprecatione executioni mandandae eru[illegible]

VII. Nocturnos ſtrep[illegible]s, tumultus & alia, quibus incolarum vel perſonae [illegible]untur, facinora, immo & clamores inconditos vel [illegible]ti iam ſeuerae leges inhibuerunt: ita earum violat[illegible]ubitoribus, quibus cura ſecuritatis nocturnae & tran[illegible]emandata eſt, deprehenſi cuſtodiae militari tradentur [illegible] manebunt, vsque dum Rector Academiae vel de e[illegible]sſione, vel in carcerem

acade-